



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

§. VIII. Qui et quando Sanctus in pristinum, aut etiam meliorem statum
Remis restitutus fuerit, et an post suum sub Manasse ex hac urbe
dicessum, aut etiam umquam alias Parisiis docuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

AUCTORE
C. B.

Cluniacensi, aut, si abbatem deesse contigerit, coram Amato, prædicto modo cum prædictis testibus de infamia te expurges. Quod si huic nostræ dispensationis præcepto obedire contempseris, scias, quoniam iniquitatem tuam ulterius portare non possumus, et depositionis sententiam, non solum immutabiliter perman-suram, sed etiam nullam tibi audientiam in posterum relinquentiam. Data Romæ decimo quinto Kalendas Maii, Indictione tertia. *Epistola hæc, Gregorium sane summa erga Manassem benignitate indulgentiaque usum esse, fidem facit; verum hic, quæ illa præscribat is Pontifex, obfirmato in criminibus animo, non implevit. Ac nominatim quidem nec Brunonem, nec alios Remensis ecclesiæ clericos, quos gravissimis damnis (adi. num. 118 et seqq.) affecerat, in dignitates facultatesque suas, ut Pontifex epistola recitata injungebat, restituit; qui vero quantum ad Sanctum nostram postea id factum fuerit, § sequens aperiet.*

§ VIII. Qui et quando Sanctus in pristinum, aut etiam meliorem statum Remis restitutus fuerit, et an post suum sub Manasse ex hac urbe dicesum, aut etiam umquam alias Parisiis docuerit.

Manasse, exauctorato Remensi archiepiscopo, non modo, ut jam docui, nihil omnium, quæ ei epistola, § præcedenti huc transcripta, Gregorius præceperat, implente, verum etiam eo furoris delapso, ut, quem simoniace acquisierat, jamque tum jussi Pontificii, tum sententiæ, in concilio Lugdunensi contra se late, vi dimittere debuerat, episcopatum armis etiam sibi serrare aut certe bona ejus sibi asserere niteretur, Pontifex, hominis impietati mature occurrendum ratus, quatuor diversas una eademque vigesima septima Decembris die, non diu admodum, ut apparet, post celebratum, in quo Manasses exauctoratus fuerat, Lugdunense concilium, ac proin anno 1080 scripsit epistolas, unam scilicet ad clerum et populum Remensem, alteram ad Hebolium, seu, ut alibi etiam scriptum invenitur, Ebalum aut etiam OEbalum, Rectiacensem comitem, tertiam ad episcopos archidiaecesim Remensis suffraganeos, ac quartam denique ad Philippum, Francorum regem. Et universim quidem litteris illis, ut Manassem pro episcopo non amplius habentes, successorem ei sufficerent, omnibus et singulis enixissime commendabat; nominatim autem clerum et populum, uti etiam comitem Ebalum et ecclesiæ Remensis suffraganeos, ut Manassa, tanquam invasori injusto, pro viribus resisterent, serio monebat, Philippo etiam, Francorum regi, ne, quam clerus et populus ecclesiæ Remensis facturus erat, electionem impediret, auctoritate Apostolica injungens. Epistolæ illæ omnes exstant apud Labbeum tom. X Concil., col. 264 et tribus seqq. Prioris verba, huc potissimum facientia, quod simul Manassem, cum in concilio Lugdunensi exauctoratus jam fuisset,

Pontifex, ut Manasse exauctorato resistatur, datis ad diversos

epistolamque, § præcedenti huc transcriptam, a Pontifice acceptisset, male acquisitum Remensem archiepiscopatum armis sibi serrare thesaurose ejus diripere, conatum adhuc fuisse, edoceant, huc transcribo.

132 *En illa: Quam itaque (sententiam in Manassem in concilio Lugdunensi late) diligenter perscrutantes et pro magnitudine iniquitatum ejus (Manassis) justissimam fuisse approbantes, eo tenore in Romana synodo confirmavimus rogatu multorum fratrum, ut, concessis sibi induciis, si posset, ad expurgandum se de objectis veniendi licentiam haberet ac liberam de se agendi facultatem; ita tamen ut interim regimini ipsius ecclesiæ cederet, et in Cluniacensi vel in aliquo religioso monasterio degeret, ut, cujus obedientiæ quantæque humilitatis esset, probaretur. Verum (sicut vos ipsi scitis) non solum huic diffinitioni non obedivit, sed ad contemptum interdictionis nostræ ecclesiæ vestram invadere ac impudenti devastatione confundere præsumpsit; utpote quam non per osium, ut pastor, sed aliunde, ut fur et sævissimus prædo, intravit; ad hoc scilicet, ut gregem dominicum mactet et perdat, non ut vigilantia pastoris protegat et defendat. Siquidem adeo in immensum actuum suorum tetendit iniquitas, ut dignissime damnationi atque excommunicationi subiaceat, ita ut in perpetuum nullam restitutionis suæ spem concipere debeat. Quapropter Apostolica vos auctoritate monemus, ut perversis actibus ejus in nullo communicetis, imo ut tollatur de medio vestrum, et in interitum carnis suæ tradatur satanæ, ut spiritus salvus sit, sibi modis omnibus resistatis. Detis etiam operam, ut communi consilio parique voto, assentiente vobis prædicto confratre nostro Diensi episcopo, patrem vobis secundum Dominum eligatis. Nec Gregorius, qui, ut hæc ejus verba fidem faciunt, Manassem Remis pulsus præterea volebat, voto fuit frustratus; etenim ecclesiæ Remensis non tantum populus et clerus, sed et primates in simoniacum jamque exauctoratum antistitem insurrexere, eumque ex usurpata cathedra ejecere.*

135 *Docet id Guibertus de Novigento, auctor synchronus, jam pluries laudatus, verbis num. 110 de Manasse huc transcriptis proxime isthæ sequentia subjungens: Quem (Manassem nempe) postmodum proceres, clerus atque Burgenses, cum ab Hugone (qui Diensis agnominabatur) archiepiscopo (postea scilicet facto) Lugdunensi, Apostolicæ Sedis legato, viro in fœnore justitiæ clarissimo, creberrimo anathemate feriretur, et ille manu militari thesauros ecclesiæ dilapidare niteretur, a sede, quam male obsederat, pepulerunt, et exilio relegatus æterno, cum se ad excommunicatum tunc temporis Henricum imperatorem ipse etiam excommunicatus contulisset, hac illacque oberrans sine communione postremo defungitur. Ita Guibertus: licet autem, an, quod hic innuit, Manasses in excommunicatione, qua ob crimina pertiniaciamque præcipue a Pontifice fuerat percussus, vitam finiret, non immerito ex iis, quæ Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom. VIII, pag. 633 et seqq. observant, in dubium queat revocari, ambigendum tamen non est, quin, quod hic pariter tradit, simoniacus ille antistes a clero, populo et optimatibus e Remensi cathedra fuerit ejectus; id enim vere factum, qui rem examinarunt, eruditi omnes unanimi consensu affirmant, nec ul-*

litteris mandat,

E

sedeque simoniacus ille antistes dejicitur:

F

A lum, uti in casu præcedenti fit, scriptoris synchroni aut etiam subæqualis testimonium, quod in contrarium utcumque faciat, potest offerri. Atque eadem quidem Manassis expulsio, utpote epistolis, a Pontifice (adi num. 131) vigesima septima Decembris anno 1080 datis, aliquanto, ut dubitari vix potest, posterior, citius verosimillime, quam anno 1081, non evenit; serius autem etiam non evenisse, liquet ex eo, quod Rainaldus du Bellai, ut Gallix Christianæ auctæ scriptores tom. IX, col. 75 docent, anno 1085 ad Remensem cathedram, cum hanc post Manassem expulsum Elinandus, Laudunensis episcopus, biennio tenuisset, fuerit evectus.

quo facto, Sanctus in statum pristinum, uti e funebri

134 Sermonem modo de Sancto nostro resumamus. Pulso, ut nunc expositum, simoniaco antistite Manasse, Bruno Remos rediit, ibique in statum pristinum ac forte etiam meliorem fuit restitutus. Rem sic probo: Titulus funebris, ei ob ipsa cathedrali Remensi ecclesia, cujus sane præposito Manassæ pluries hic laudato canonicisque opprime notus erat, consecratus locumque inter recedendos 52 obtinens, sic habet:

B Hic Pater eximus fundator religionis Exemplar sese fratribus exhibuit, Dans illis formam spernendi vilia mundi, Cælestis patriæ premia dum sequitur, Pro cuius culpa non credimus esse gementium, Quem jam gaudentem credimus in requie. Nam si cui Sancto requiem bona vita meretur, Huic quoque pro meritis summa datur requies; Qui cum multimode nostra polleret in urbe, Solamenque suis atque decus fieret, Cumque faveret ei fortuna per omnia, jamque Hunc præferremus omnibus, et merito; Namque benignus erat, omnique peritus in arte, Facundusque satis divitiisque potens; Omnia postposuit Christo, nudumque secutus Christum, cum multis suscipit hunc eremus. Propterea requiem sibi credimus esse paratam.

Si tamen ulla levis hæsit ei macula, (Nam patet in terris nullum sine labe morari) Hanc Deus absterget dando sibi veniam.

C ecclesiæ cathedralis Remensis titulus, liquet,

135 Sanctus ergo, uti hi versiculi apertissime produnt, eo ipso tempore, quo in civitate Remensi auctoritate ac divitiis, maxime ei arridente fortuna, plurimum valeret, in eremum, hisce abjectis, secessit. Id autem nec tempori, quo Remis ante suum ex hac urbe ob nefandos Manassis archiepiscopi mores discessum versatus est, nec itidem tempori, quod hunc inter et Manassis e cathedra Remensi ejectionem intercessit, potest congruere. Etsi enim Sanctus eo tempore, quo Remis, Manassem vitans, nondum excesserat, prospera ibidem fortuna diu usus fuerit, tum tamen, uti apud omnes in confesso est, in eremum, divitiis relictis, non secessit; quod autem ad tempus, quod inter ejus ex urbe Remensi discessum, anno ex supra dictis 1076 aut sequenti illigandum, et Manassis e sede Remensi expulsionem medium cucurrit, modo pertinet, Sanctus tunc Remis versatus non est, nedum divitiis ibidem floruit, uti pronum est eruere partim ex supra dictis, partim ex Gregorii VII papæ epistola, num. 148 et seq. huc transcripta, annoque ex ibidem dictis 1080 data, in qua is Manassæ archiepiscopo, in concilio Lugdunensi ex dictis jam exauctorato præcipit, ut

Manassæ et Brunoni res suas in integrum restituat, clericisque, tanto tempore pro justitia exilium passis, quorum unus erat Sanctus noster, in ecclesia secure Deo servire permittat. Restat ergo, ut, Brunonem secunda gavisum esse Remis fortuna, tuncque inde in solitudinem secessisse, unice, ut consideranti patebit, congruat tempori, quod Manassis e cathedra Remensi expulsionem successit.

136 Quare Sanctum tunc in pristinum aut forte etiam meliorem statum Remis restitutum fuisse, indubitatum est. Verum idne statim a Manassis expulsionem anno ex dictis 1081 facta, evenit? Sunt, qui rem in tempus, quo Remensem cathedram Rainaldus du Bellai, ad hanc anno 1085 primum evectus, jam occuparat, differentiam contendunt. Verum horum opinio admittenda verosimiliter non est. Sauctus enim, cum in statum pristinum esset restitutus, ad cathedram etiam Remensem, quod sub Rainaldo fieri ex dicendis non potuit, expetitus seu postulatus, antequam in eremum secederet, verosimiliter fuit, uti jam nunc ostendo: Hugo Diensis, Sedis Apostolicæ legatus, in epistola sua ad summum Pontificem post concilium Augustodunense anno 1077 aut seq. data supraque num. 119 et tribus seqq. hac transcripta, sub finem de Manasse præposito et Brunone ait: Hos, rogamus, ecclesiæ Remensi destinate; Quibus verbis Pontificem rogasse videtur, ut alterutrum, Brunonem videlicet vel Manassem præpositum in locum Manassis archiepiscopi, quem exauctorandum verosimiliter putabat, sufficiens curaret. Quare verosimile apparet, eundem legatum, pulso jam Manasse, apud clerum et populum Remensem, cui Pontifex, ut communi concilio parique voto, assentiente ipsis Hugone Diensi legato suo, novum Manassæ exauctorato episcopum substituerent, data sub anni (adi num. 131) 1080 finem epistola commendarat, summo studio egisse, ut vel Brunonem vel Manassem præpositum sibi eligerent episcopum.

AUCTORE C. B.

restituatur. Id sub Rainaldo episcopo non evenit.

E

137 Hinc porro in eam, quæ et Tractatus de S. Brunone, a Cartusianis hujatibus necum communicati, auctori placet, opinionem inducor, qua verosimile puto, apud multos e populo et clero Remensi, habito sese inter de novi episcopi electione tractatu, ratum ac fixum fuisse, Sanctum nostrum, cum in eremum secessit, episcopum eligere, idque indicari tum hisce, quibus funebris ecclesiæ cathedralis Remensis Titulus, proxime huc transcriptus constat, versiculis:

Cumque faveret ei fortuna per omnia, jamque Hunc præferremus omnibus, et merito; Omnia postposuit Christo, nudumque secutus Christum cum multis suscipit hunc eremus;

tum etiam aliis hisce, quos alter ecclesiæ Remensis cathedralis titulus, inter recedendos 35, complectitur,

Ut servire Joseph dominæ contempsit amori, Et fugit amplexus incestos mente virili, Sic contempta jacet, Bruno, tibi gloria mundi, Amplecti dum te cuperet, tibi brachia tendens,

Multas mundus opes, multos ostendit honores, Tuque fuga lapsus, pompali veste rejecta, Amplectens eremum vestiris forte beata.

138 Adhæc ut in dicta opinione magis magisque confirmet, etiam facit funebris Titulus 146, in quo ecclesiæ S. Mariæ cathedralis Rothomagensis

Sub hoc enim Sanctus, quod tamen factum e dicitur

F

titulus ejus funebris apparet,

AUCTORE
C. B.

gensis canonici Brunonem celebrant hunc in modum :

Ecclesiae sanctae totius luceat ordo,
Humani generis flens irreparabile damnum,
Mundo decessit mundani victor honoris,
Bruno pater, sanctae fundator religionis,
Cujus tanta piam vitam commendat honestas,
Ut sit eum cuiquam non aequiparare potestas.

Ipse fuit sapiens, vir nobilis, indole fulgens,
Imbutus fonte totius Philosophiae;
In quo cum virtus probitatis viva niteret,
Glorificos fasses, qua promeruisse valeret,
Proculcator opum, cunctorum spreter honorum,

Et mundi stultam pede contudit ambitionem,
Et studio sanctam fundavit religionem.
Mundum declinans, mundi sublimia vitans
Elegit potius privata degere vita.

Etsi enim ad Rhegiensem episcopatum, quem Sanctus, cum ad eum, uti infra docebo, electus seu postulatus fuisset, recusavit, versiculis hinc forsitam alludatur, ad futuram tamen in Remensem archiepiscopatum electionem, quam Sanctus, in eremum secedens, studiose evitavit, verosimilius idcirco puto alludi, quod in recitatis versiculis honorum opumque contemptui, a quo Bruno in iis laudatur, mox subdatur, a qua pariter laudatur, mundi fuga, haecque Sancti ad archiepiscopatum Rhegiensem electionem subsequuta non sit, sed praecesserit.

in episcopum Remensem postulari nequit, quod cum non nihil citius,

159 Sanctum itaque, cum in eremum secessit, ac proin in pristinum statum aut forte etiam meliorem Remis jam fuerat restitutus, fuisse a multis tum cleri, tum populi in civitatis hujus antistitem desideratum, imo etiam reipsa, ni id praesciens abisset, eligendum, ex omnibus jam adductis in medium sat verosimile apparet. Jam vero, cum id ita sit, nec tamen (adi Galliae Christianae scriptores tom. IX, col. 77) ante annum 1096, quo Bruno in eremum jam dudum ex dicendis sese receperat, Rainaldus, jam inde ab anno 1085, ut supra docui, ad cathedram Remensem evehctus, obierit, consecrarium fit, ut, hoc jam antistite, Sanctus ad Remensem cathedram expeti seu postulari nequirit, ac proin, ut citius tum id, tum ejus in pristinum, aut forte etiam meliorem statum restitutio acciderit. Verum quanto quidem temporis spatio tum haec, tum Sancti ad cathedram Remensem postulatio, factam Rainaldi ad eandem promotionem antecessit? Galliae Christianae auctores scriptores tom. IX, col. 75 sic scribunt : Manasse (simoniaco scilicet, de quo supra, Remensium antistite) exauctorato, fama est Brunonem, quem ille beneficiis spoliaverat, a multis (in episcopum nimirum) expetitum, quod doctrina morumque gravitate in ecclesia Remensi pridem enitisset. Sed Elinandus Laudunensis episcopus tam donis quam amicorum studio archiepiscopatum a rege (Francorum Philippo) acceptum duos circiter annos tenuit, ab anno 1081 scilicet ad annum 1085. Hic tamen post multam pecuniae vim consumptam monitus est a summo Pontifice, ut alterum beneficium abdicaret, eo quod uxorem quis habens aliam superinducere nequaquam posset. Tanta ille cupiditate flagrabat, inquit Marlotus, ut dixisse tradatur, non se parciturum labori, si summum pontificatum quoquomodo assequi posset.

160 Quod si ergo fama, quam hic Galliae

Christianae auctores scriptores laudant, veritati consonet, Sanctus noster statim a Manassis simoniaci expulsionem et in statum pristinum aut eo etiam meliorem restitutus, et ad cathedram Remensem fuerit postulatus seu expetitus. Et sane, cum Gregorius, qui tunc Romanam cathedram occupabat, populo cleroque Remensi, ut Manassae expulso novum antistitem substituerent, epistola sub anni 1080 (videsit num. 131) finem commendavit, statim a Manassis expulsionem de novo eligendo antistite, ac nominatim de Sancto nostro assumendo cogitatum actumque fuisse, sat verosimile apparet, maxime cum tunc id factum, publica etiam, ut Galliae Christianae auctores scriptores loco proxime cit. produnt, fama feratur. Attamen res certa non est; cum enim Elinandus Remensis archiepiscopatus obtinendi avidissimus exstiterit, fieri potest, ut statim a Manassis expulsionem archiepiscopatum illum sibi conferrit, a Francorum rege Philippo amicorum ope et pecunia obtinuerit, locumque ac tempus tunc tractandi de novi antistitis electione clero et populo Remensi regio subsidio suffultus penitus ademerit.

161 Audi, qui de Elinando seu Helinando, unde etiam, hunc vere Remensem archiepiscopatum biennio tenuisse, docemur, Guibertus, auctor synchronus, lib. III de Vita sua, cap. 2 loquatur : Helinandus, inquit, vir admodum pauperis domus et obscure progenitus, literatura pertenuis, et persona satis exilis, cum per notitiam Gualteri, comitis senioris Pontisarenensis, de cujus comitatu gerebat originem, ad gratiam Eaduardi Anglorum regis pertigisset, (uxor enim sua cum praedicto comite sibi necessitudinem, nescio quam, crearet) capellanus ejus fuit; et quia Francicam elegantiam norat, Anglicus ille ad Francorum regem Henricum eum saepius destinabat. Cum quo rege, quia multum erat cupidus et episcopatum venditionibus assuetus, largissimis lenocinantibus xenis egit, ut, si quispiam episcoporum Franciae decederet, pontificalibus infulis ipse succederet. Is enim in capellania regis ac reginae positus, quoniam Anglia infinitis eo tempore florebat opibus, multos pecuniarum montes aggererat, ideo, arridente ei praefata largitionum causa, vox ejus apud Henricum regem exaudibilis erat. Quod et factum est : Lauduno enim invehctus, quia non aestimatione parentum, non scientiae literarum se valitum putabat, in opulentia, quae plurima suppetebat, et quam cautissime dispensare didicerat, et dapsilitate spes fuerat. Ad ornandas igitur et extruendas evertit ecclesias, et, cum multa pro Deo videretur facere, evidentissima tamen dabat indicia, se solos inde favores, solam nominis dilatationem in bene gestis quaerere. His etiam ipse artibus Remensem archiepiscopatum insedit, quem cum, dilapidatis penes regem Philippum, hominem in Dei rebus venalissimum, magnis censibus, biennio obtinisset, a Domino Papa audivit, quia uxorem quis habens alteram superinducere nequaquam possit. Consulenti plane cuidam se cur eo tenderet, dixit, quia, si etiam Papa fieri possit, haud quaquam dissimularet.

162 Cum igitur Elinandus, uti ex his Guiberti verbis intelligitur, vir fuerit maximae ambitionis, qua fiebat, ut pecuniis, a quibus ei optime prospectum erat, summas quasque ecclesiae dignitates beneficiaque sibi comparare minime formidaret, largitionibus sane eum, ne ullus posset a clero

D
etsi forte non
prius, quam
Helinando,

qui post Manassensem biennium Remensem sedem tenuit,
E

F

asserto suo in
hanc juri cedente,

A clero populoque Remensi de successore in Manasse exautorati locum sufficiens tractatus haberi, statim ab hujus expulsionem apud Philip-pum, Francorum regem, effecisse, vero neququam apparet absimile, maxime cum eum, quo minus post Manasse expulsionem novi Remensis archiepis electio fieret, reipsa per biennium integrum obtinuisse, apud omnes, qui de re hac scripsere, in confesso sit. Tractatus de S. Brunone, a Cartusianis hujatibus mecum communicati, auctor hujus lucubrationis sue num. 20 sic scribit: Præfatus Elinando (Laudunensi episcopo) juri, quod in archiepiscopatum Remensem sibi vendicabat, cedente, pax huic ecclesiæ redditur, reversisque sub anni 1085 finem vel sub initium sequentis ex suo exilio canonicis, a Manasse quondam expulsis, de pastore præficiendo clerus et populus serio agere cœperunt. Brunonem et Manassem præpositum a legato (Sedis Apostolicæ) Hugone electoribus propositum fuisse, par est credere, cum ipse legatus, ut vidimus supra, summo Pontifici utrumque jam eundem in finem commendaverat: «Hos,» inquit, «rogamus, ecclesiæ Remensi destinate.» Deinde nostrum Patriarcham, in possessionem tum honorum, tum dignitatum suarum jam restitutum, a multis expetitum fuisse, colligimus ex elogio ab ipsa (Remensi) cathedrali ecclesia, cui tunc, quando defunctus est Bruno, præfatus Manasses præpositus presidebat, condito in hæc, num. scilicet 154 huc transcripta verba.

evenerit, anno 1081 aut non multo post

165 Ita ille; qui, etsi anno primum 1084, contra ac adite a Rainaldo sedis Remensis tempus pati videatur, de successore Manasse sufficiens a clero et populo Remensi actum forte fuisse, innuat, in episcopum tamen, ut tradit, tunc primum, cum Elinando, quod anno 1085 factum, arrogato suo in archiepiscopatum Remensem juri cessit, a pluribus expetitum fuisse S. Brunonem, vero non apparet absimile. Ita autumo, quod Sanctus, cum ad episcopatum Remensem postulat suum expetitum fuit, aliquanto jam temporis spatio, uti versiculi, et funebri ecclesiæ cathedralis Remensis Titulo num. 154 huc transcripti, innuere videntur, in primum, aut forte etiam meliorem statum restitutus, Remis degisset, hocque veritatis non sat apte queat intelligi consonum, si statim a Manasse e sede Remensi expulsionem fuerit ad hanc ipse postulat suum expetitum. Porro etsi forte hoc ex jam dictis anno 1085 primum acciderit, Sanctus tamen, utpote qui aliquanto temporis spatio ante, pristino statui fortunæque redditus, Remis jam degerit, et forte ex dictis jam inde etiam ab anno 1081 ad archiepiscopatum Remensem postulat suum fuerit, vel statim a Manasse expulsionem, id est, vel ab anno 1081 vel non multo post Remos ab exilio reversus pristinum honoris facultatumque statum, quod hic ostendendum erat, verosimiliter recuperavit. Nec est, ut opponas, Elinandum eo temporis spatio, quod a Manasse expulsionem ad Rainaldi electionem excurrit, regis subsidio suffultum, ecclesiæ Remensis cathedram tenuisse, verosimileque non videri, sub hujusmodi antistite Brunonem Remos reverti ibique commorari voluisse; etsi enim Elinandus a simoniæ labe immunis non fuerit, in ecclesiis tamen exstitit munificus, nec in clericos iniquus fuisse invenitur.

pristino statui restitutus Remis verosimiliter fuit.

164 Is igitur (subdit verbis de Elinando num. 161 recitatis Guibertus) qualiscumque aut ambitione, aut quacumque alia humanitate apud

se extiterit, in hoc ei honor omnino asservandus est, quod et libertatem Ecclesiæ magnifice tuitus sit, et tam ipsam (Laudunensem nimirum) sedem, quam appendices ejus ecclesiis uberissima largitione provexit. Et dignum erat, ut externa ei bona suppeterent, quæ in Dominicarum domuum decore projicerentur. Cum ergo talis extiterit Elinandus, non video, cur, eo Remensem cathedram tenente, Remos Bruno non reddidisset, ibique versatus non esse sit credendus, maxime cum simoniacam hominis labem forsitan ignorarit. Quid si etiam Sanctus, ut Remos rediret, ab ipsomet Elinando invitatus fuerit? Sane cum ex dictis, ut in res suas restitueretur, Gregorio VII, tunc summo Pontifici, maxime in votis fuerit, non inepte ac temere conjeceris, litteris aliove modo, ut pulsus a Manasse Remensis ecclesiæ clerici, ac proin etiam Sanctus noster, Remos in bona sua restituendi redirent, ipsummet Elinandum egisse, ad id scilicet impulsam, ne, si secus faceret, Remensem sibi maxime cupitum archiepiscopatum, quem regio favore non sat recte obtinuerat, Pontificia auctoritate, ut postea factum, amitteret.

163 Verum sunt, qui Sanctum, antequam statui pristino redderetur, ab anno 1081, imo etiam ab anno 1076 circiter, quo Remis ob improbos Manassis mores excessit, Parisios concessisse, ibique ad annum usque 1082, quo doctoris ad tempus rediret, qui sese damnatum e feretro proclamavit, prodigium eveniret, docuisse contendunt. Et mox quidem Sanctum, qui tamen ex dictis ab anno circiter 1076 ad annum 1078 aut etiam sequentis initium apud Ebalum comitem commoratus est, a suo ex urbe Remensi ob improbos Manassis mores excessu Parisios se contulisse, ibique docendi munus, quod tamen an antea unquam ibidem obiisset, admodum ex dictis est dubium, resumpsisse, Buleus in Universitatis Parisiensis Historia tom. I, pag. 468 existimat. Verum conjecturæ aliquot, argumentaque, quibus hanc opinionem suam utcumque firmare nititur, nihil plane, ut ex supra dictis liquet, evincunt; nunc autem discutiendum, an majoris ponderis sint alia, quæ tum ab hoc, tum ab aliis, Sanctum nostrum, si non statim ab anno circiter 1076 seu a suo ex urbe Remensi excessu, ab anno saltem vel 1079 vel ab altero e binis sequentibus Parisiis docuisse, volentibus, adducuntur in medium. Verosimile, ajunt, non est, Brunonem, tantum virum, tribus quatuorve aut etiam pluribus annis proxime ante suum in solitudinem recessum vitam plane otiosam egisse. Verosimile sane id non sit; per me licet. Verum cum Sanctus, ut supra docui, anno 1081 in pristinum statum Remis restitutus fuerit, quid si etiam scholarum præfecturam tunc recuperavit, hancque deinde ad suum usque in eremam discessum gesserit? Ita sane vitam, donec hic accidit, a dicto anno 1081 otiosam non duxerit, etsi etiam tunc Parisiis non docuisse statuatur. Nec anno 1079 et sequenti, quo utroque Colonia Agrippinæ inter ecclesiæ Cambertinæ canonicos verosimiliter ex supra dictis egit, otiosam tunc duxisse vitam est putandus, cum fieri queat, ut tunc tam in Psalmos, quam in S. Pauli Apostoli Epistolas, quas ambas sacræ Scripturæ partes eruditissimis, uti infra docebo, editis Commentariis illustravit, gravam operam impenderit.

166 Quod si id displiceat, Sanctumque duobus illis annis Colonia commoratum non fuisse, velis, nec sic, etiam hoc dato, fit consequens, ut Bruno,

AUCTORE C. B.

E Cum id fieret, Parisiis nondum docuerat.

F

ni

AUCTORE
C. B.
neque enim
quam etiam
alias ibidem
docuisse vide-
tur.

ni tum Parisiis docuerit, in otio vitam exegerit. Quid si enim tunc ad Dolense S. Mariae monasterium secessisse, ibidemque docuisse, asseratur? Sane Sanctum vel tunc vel alias in monasterio illo docendi munere functum esse, aut certe, cum hoc Remis obiret, plurimos illius alumnos ibidem habuisse discipulos, dicendum apparet; religiosi enim cenobii illius incolae in Titulo funebri, inter edendos 169, quem Sancto inscribere, ejus sese discipulos profiteri videntur hisce ad Cartusianos Calabrinis verbis: Prout vestra dignatur expetere sanctitas, et nos Dolensis cenobii fratres, fraternitatis vestrae desolationi compassi, pro beati patris nostri ac magistri Brunonis anima devotissimarum orationum suffragia mox, ut ejus audivimus obitum, omnipotenti Deo persolvere curavimus. E vita itaque, quam Sanctus, ni anno 1079 et aliquot sequentibus Parisiis docuisse admittatur, in otio duxerit, ibidem eum tunc docuisse, concludi nullo modo potest. Imo vero Sanctum non tantum non tunc, sed nec unquam alias Parisiis docuisse, verosimillimum apparet. Tres enim scriptores synchroni, aut certe coevi, is scilicet, qui quatuor primorum Cartusia Priorum Chronicon contexit, Guibertus de Novigento, et Tituli funebri, inter recedendos 173, quo Regulares Noliensis S. Vincentii ecclesiae canonici Sancto parentarunt, auctor, fuisse illum (adi num. 7, 114, et 45) ecclesiae Remensis scholarum magistrum aut innuunt, aut hoc nomine diserte distinguunt, scholarum etiam Parisiensium magistri titulo eundem verosimillime distincturi, si has unquam ille, ut Remenses, docuisset. Accedit, nihil plane apud antiquum ullum paris auctoritatis ac fidei scriptorem uspiam inveniri, unde Sanctum Parisiis unquam docuisse, quoquo modo sit consequens.

Contrarium
nec ob insi-
gnem.

167 At vero Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus, conjecturis tribus diversis, quibus, Brunonem Parisiis docuisse, Egassius Bulæus (adi, quae huc spectantia num. 112, seqq. et alibi dicta sunt) perperam contendit, in medium adductis, ita ratiocinatur: Quartam possumus addere conjecturam, sumptam ex Titulis funebribus, quibus pia sancti Brunonis memoriae parentatum est ab omnibus fere ecclesiis et monasteriis Galliarum. Qui enim fieri potest, ut Vir per universum Franciae regnum spectatissimus et nominatissimus, « ac in ecclesiis ejusdem regni » (ut dicit Guibertus) « opinatissimus evaserit » quandoquidem istud vix asseri valet de Remensi academia, quin potius de Parisiensi intelligatur, ad quam, velut regni sedem et Franciae medullium et celeberrimum emporium et academiariam reginam, magis congruum videbatur, ut tot amici et discipuli, qui ejus funebria celebrarunt, confluerent? De ecclesiis namque suffraganeis et monasteriis provinciae Remensis non est dubium, eorum alumnos Remis sub Brunone studii litterarum incubuisse. Cum vero lectantur remotae quaeque ecclesiae ejus obitum lamentis et fletibus prosecutae, quales fuere Anglicanae, Britannicae, Normannicae, Pictonicae, Turonicae, Sequanae et aliae plurimae, absurdum putamus dicere, omnes harum ecclesiarum alumnos Remis eruditos fuisse, cum hoc magis juxta mentem Bulæi videatur congruere Parisinae academiae, ad quam aliquando translatus fuerat.

168 Sed quid dicemus de ecclesiis Parisien-

sibus, quae obitum sancti Brunonis, quasi viri notissimi, celeberrimos planxerunt elogium, videlicet ecclesia cathedralis sanctae Mariae, abbatia sancti Maglorii, abbatia sancti Germani de Pratis, abbatia sancti Dionysii, abbatia sancti Mauri Fossatensis et abbatia sancti Petri Latiniacensis? Nonne incongruum est, ut tot clerici, totque monachi, intra fontem scientiarum Parisinae academiae constituti, ad exteram dioecesim pro capessendis scientiis profecti fuerint? Et quod de Parisiensibus dicimus, id ipsum testatur de caeteris remotiorum cenobiorum religiosis, quos Parisiis potius, quam Remis erudiri praestabat. Ita ille, Sanctum Parisiis docuisse, praecipue tum ex insigni, quam per universum Franciae regnum habuit, quamque, ni Parisiis docuisset, habiturum eum non fuisse, autumat, nominis celebritate, tum ex ingenti, quae eidem funebrium Titulorum inscriptione parentarunt, quaque illum, ni Parisiis docuisset, speciali modo cogniturae magistrumve habiturae fuisse, non videntur, ecclesiarum monasteriorumque multitudine conjiciens, aut etiam contendens. Verum non video, cur Sanctus, etiamsi nunquam Parisiis, Remisque tantummodo docuisset, insignem illam, quae per universum Franciae regnum, imo per plures etiam extra hoc sillas provincias late inclaruit, nominis celebritatem acquirere nequisset. Numquid non a coevis Chronici Malleacensis, Fragmentique historici, a tempore Roberti ad Philippi regis mortem deducti, scriptoribus (adi num. 41 et seq.) Remensis appellatur, quod iis ex nominis fama, quam Remis tum discendo, tum docendo ac varia munia obeundo acquisisset, unice fere notus esset?

169 Similiter etiam forte de causa, veluti Parisiensis, notus fuerit? Si affirmes, scriptorem antiquum probataeque fidei vel unum, a quo Parisiensis vocetur, assignari postulo; quod si id, ut certe non poteris, facere non possit, unde tandem, qua Sanctus inclaruit, nominis celebritatem Parisiis, non autem Remis, docendo cum acquirere debuisset probabis? Adhaec Bruno ex unanimi fere eorum omnium consensu, a quibus Parisiis docuisse asseritur, id ibi minus non ante annum circiter 1076, quo ex dictis ob improbos Manassis mores urbe Remensi excessit, obire incepit; et tamen celeberrimi etiam, antequam urbe Remensi, cogente Manasse, excessit, nondumque proinde Parisiis docuerat, nominis exstitisse, a Guiberto de Novigento, auctore coevo, disertissime traditur. Bruno, inquit in Vita sua lib. 1, cap. 11, in ecclesiis Galliae tunc (cum Manasses scilicet Remensem civitatem ante Sancti ex hac discessum nefandis suis moribus misere affligeret) opinatissimus cum aliis quibusdam Remensium clericorum nobilibus infamis illius (Manassis nimirum) odio excessit ab urbe, Remensi nempe. Sanctum itaque, quamvis etiam Parisiis nunquam docuisset, ingentem, quam sibi peperit, nominis celebritatem acquirere potuisse, illi ipsi etiam fere omnes, qui eum Parisiis docendi munere functum volunt, debent admittere. Accedit, quod et iis, qui Sanctum, priusquam Remis sub Manasse excederet, Parisiis docuisse contendunt, responderi potest, Brunonem e solis, quos composuit, eruditissimis in Psalmos et S. Pauli Epistolae Commentariis, latissime forsitan, cum obit, jam vulgatis, celeberrimi nominis esse potuisse, etsi interim non Parisiis, imo nec Remis unquam docuisset.

D
qua Sanctus
inclaruit.

E

nominis cele-
britatem,

F

A 170 Quod modo ad ingentem, quæ Sanctum funebrium Titulorum inscriptione celebrantur: ecclesiarum cœnobiorumque multitudinem spectat, consequens ex hac non est, ut non tantum fama, sed et speciali quodam modo, ut laudatus Cartesianus anonymus velle videtur, Sanctus noster iis omnibus notus fuerit, magisterve exstiterit. Etenim non solis, quibus tali modo notus esset, magisterve exstiterit, ecclesiis monasterisque mortem ejus religiosi Calabriae carthusiæ seu eremi incolæ, preces pro defuncti anima flagitantes, annuntiare. Liqueat id ex encyclicæ, qua hoc fecerunt epistolæ initio, quo, quibus hæc destinatur aut ad quos deferenda sit, verbis sequentibus innuitur: Primo loco, quem primatem et caput in Ecclesia credimus, et confitemur, Apostolicæ sedis Præsulem, totamque illam principalem curiam humiles eremita Calabriae monasterii sanctæ Dei Genitricis Mariæ, cujus fundator pater Bruno fuit et prælatus, dum in carne viveret, debita subjectione veneramur et salutamus, sanctique Patris nostri obitum pridie Nonas Octobris denunciamus, ut meritis eorum et precibus adjuvetur apud Deum. Salutamus quoque universam sanctam Ecclesiam in ordinibus et professionibus suis, canonicos, monachos, heremitas, Deo dicatas sanctas virgines; quibus et omnibus spirituali præsentiâ prosternimur, ut defuncti Patris nostri memores esse velint, ut dilectæ illi animæ, si adhæsit macula, cum non sit justus, qui non peccet, multiplicatis intercessoribus et precum instantia detergatur et transeat ad requiem. Ad quæcumque itaque, uti ex hoc textu intelligitur, monasteria ecclesiisque, sive Sanctum nosset, sive non, epistola encyclica, mortis ejus nuntiata, missa fuit; ut ex Responsoriarum ad hanc seu Titulorum funebrium, quibus Sancto parentatum fuit, multitudine ingenti, utpote ab iisdem monasteriis ecclesiisque profecta, argui non possit, hæc illum omnibus speciali quodam modo notum, magistrumve fuisse. Quare, etsi darem, Sanctum nostrum, ni Parisiis docuerit, monasteriis illis omnibus ecclesiisque nec speciali modo notum, nec magistrum existere potuisse, nondum propterea consecrarium fuerit, ut reipsa ille unquam Parisiis docuerit.

B 171 Nec quidquam ad rem facit, plures Parisienses ecclesias S. Brunonis, veluti viri sibi notissimi, obitum celeberrime planxisse elegiis; fieri enim potest, ut hoc illæ fecerint, quod, etsi iis, non facie aliore, quo magistri solent discipulis, speciali modo, fama tamen, utpote qui maxima ex dictis nominis celebritate inclaruerit, notissimus exstiterit. Idem etiam de nonnullis aliis ecclesiis, monasterisque, quæ Sancti, veluti viri sibi notissimi, obitum laudare, esto iudicium; etsi autem etiam e Titulis funebribus, quibus Sancto parentatum fuit, saltem nonnulli a personis, quibus etiam facie aliore speciali modo notus fuerit, magisterve exstiterit, et sint inscripti, nihil tamen cogit, ut hosce sub illo, non Remis, sed Parisiis studuisse admittamus. Ulquid enim Sanctus plures etiam extraneos habere Remis discipulos neguerit? Sane sæculo XI, quo Bruno floruit, diversa diversarum urbium ecclesiarumque scholæ, uti Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom. 9, pag. 50 et seq. docent, pro nominis celebritate, qua earum magistris gaudebant, vel magis vel minus ab extraneis alienigenisque frequentabantur; quare, cum Sanctus, dum summum Remensium scholarum didascalum ageret, doctrinæ fama,

C 172 Atque ex his imprimis Odonem seu Ottonem, summum postea sub Urbani II nomine Pontificem, Robertum a Burgundia, Lingonensem episcopum, aliosque tres viros illustres, § 5 recensitos, exstitisse existimo tum ob jam dicta, tum quod nihil plane, ut alibi potius, quam Remis studuisse credantur, possit afferri. Imo vero, quod ad Urbanum nominatim spectat, Remis potius hic, quam alibi, studuisse idcirco est dicendus, quod et Remis aliquamdiu fuisse versatum, et ecclesiæ metropolitanæ canonicum ibidem egisse, aliunde habeatur perspectum, uti apud Ruinartium tom. III Operum scriptoris hujus et Mabillonii posthonorum videre licet. Atque ita futurum modo spero, ut, qui omnia hæcenus adducta rite expenderit, necesse non esse existimet, ut Sanctus vel ob nominis, qua inclaruit, celebratam, vel ob discipulorum, eorumque, quibus speciali modo notus fuerit, multitudinem Parisiis aliquando docuisse admittatur, repugnantibus, quæ supra in contrarium adduci, argumentis. At vero, inquit, Sanctus saltem tunc, cum in solitudinem, sociis nonnullis sibi adjunctis, secessit, Parisiis docuit. Ita enim a scriptoribus non paucis memoriæ proditum existimatumque fuisse invenitur. Ita omnino habet: verum hi Sancto cœvi minime sunt, nec hæc, quam tenent, placet opinio, tum quod ex dictis Sanctus nullo unquam tempore Parisiis docuisse, videatur, tum etiam, ac maxime quidem, ex eo, quod Bruno, cum in eremum secessit, non Parisiis, sed Remis, in pristinum, ac forte etiam meliorem statum aliquamdiu jam restitutus, summos inter fortunæ secundæ favores commoratus fuerit, uti ex iis præcipue, quæ num. 134 et binis seqq. in medium adduci, studiosus lector facile perspiciet.

D 175 Hinc porro, etsi etiam horrendum illud prodigium, quo doctor Parisiensis, primo se accusatum, secundo judicatum ac tertio tandem condemnatum, e seretro proclamavit, Parisiis, quod infra discutiam, reipsa accidisset, veraque, ob quam Bruno in solitudinem secesserit, causa exstitisset, hunc tamen tum, cum illud accidit, ibidem docuisse, admitti idcirco nondum posset. Cum enim Sanctus, Remis post Manassis archiepiscopi expulsionem in res suas seu facultates pristinas restitutus, civitatem illam non amplius, domicilium alibi fixurus, ante suum in solitudinem discessum reliquisse videatur, consecrarium est, ut, si eo tempore, quo dictum prodigium acciderit, seu anno circiter 1082 Parisiis docuit, in pristinas suas facultates Remis restitutus tum nondum fuerit, ac proinde, ut in hæc illum, cum id equidem, antequam in solitudinem secederet, ex dictis sit factum, restitui tandem post præfatum prodigium contigerit. Verum præterquam quod Sanctus Remis ante annum 1082 pristino statui ac forte etiam meliori reddito verosimilius ex dictis fuerit, id post prodigium illud accidisse, idcirco præterea non videtur, quod, cum Bruno in opinione eorum, qui prodigium propugnant, sæculo valedicere firmissime ex hoc statuerit,

uti ex supra dictis satis liquet, non solum per universam Galliam, verum etiam per plures remotas regiones aliis celeberrimus exstiterit, dubitandum non est, quin ad sese Remos attraxerit multitudinem ingentem non modo indigenarum, verum etiam extraneorum alienigenarumque, quo sub clarissimi nominis magistro litteris operam darent.

172 Atque ex his imprimis Odonem seu Ottonem, summum postea sub Urbani II nomine Pontificem, Robertum a Burgundia, Lingonensem episcopum, aliosque tres viros illustres, § 5 recensitos, exstitisse existimo tum ob jam dicta, tum quod nihil plane, ut alibi potius, quam Remis studuisse credantur, possit afferri. Imo vero, quod ad Urbanum nominatim spectat, Remis potius hic, quam alibi, studuisse idcirco est dicendus, quod et Remis aliquamdiu fuisse versatum, et ecclesiæ metropolitanæ canonicum ibidem egisse, aliunde habeatur perspectum, uti apud Ruinartium tom. III Operum scriptoris hujus et Mabillonii posthonorum videre licet. Atque ita futurum modo spero, ut, qui omnia hæcenus adducta rite expenderit, necesse non esse existimet, ut Sanctus vel ob nominis, qua inclaruit, celebratam, vel ob discipulorum, eorumque, quibus speciali modo notus fuerit, multitudinem Parisiis aliquando docuisse admittatur, repugnantibus, quæ supra in contrarium adduci, argumentis. At vero, inquit, Sanctus saltem tunc, cum in solitudinem, sociis nonnullis sibi adjunctis, secessit, Parisiis docuit. Ita enim a scriptoribus non paucis memoriæ proditum existimatumque fuisse invenitur. Ita omnino habet: verum hi Sancto cœvi minime sunt, nec hæc, quam tenent, placet opinio, tum quod ex dictis Sanctus nullo unquam tempore Parisiis docuisse, videatur, tum etiam, ac maxime quidem, ex eo, quod Bruno, cum in eremum secessit, non Parisiis, sed Remis, in pristinum, ac forte etiam meliorem statum aliquamdiu jam restitutus, summos inter fortunæ secundæ favores commoratus fuerit, uti ex iis præcipue, quæ num. 134 et binis seqq. in medium adduci, studiosus lector facile perspiciet.

175 Hinc porro, etsi etiam horrendum illud prodigium, quo doctor Parisiensis, primo se accusatum, secundo judicatum ac tertio tandem condemnatum, e seretro proclamavit, Parisiis, quod infra discutiam, reipsa accidisset, veraque, ob quam Bruno in solitudinem secesserit, causa exstitisset, hunc tamen tum, cum illud accidit, ibidem docuisse, admitti idcirco nondum posset. Cum enim Sanctus, Remis post Manassis archiepiscopi expulsionem in res suas seu facultates pristinas restitutus, civitatem illam non amplius, domicilium alibi fixurus, ante suum in solitudinem discessum reliquisse videatur, consecrarium est, ut, si eo tempore, quo dictum prodigium acciderit, seu anno circiter 1082 Parisiis docuit, in pristinas suas facultates Remis restitutus tum nondum fuerit, ac proinde, ut in hæc illum, cum id equidem, antequam in solitudinem secederet, ex dictis sit factum, restitui tandem post præfatum prodigium contigerit. Verum præterquam quod Sanctus Remis ante annum 1082 pristino statui ac forte etiam meliori reddito verosimilius ex dictis fuerit, id post prodigium illud accidisse, idcirco præterea non videtur, quod, cum Bruno in opinione eorum, qui prodigium propugnant, sæculo valedicere firmissime ex hoc statuerit,

AUCTOR
C. B.

admittendum
est, uti nec ob
Parisiense
prodigium.

F

cui etsi accidisse datur,
Sanctus, Parisiis non docens,
F

AUCTORE
C. B.

statuerit, propositumque, rebus utcumque compositis, exsecutus fuerit, parum verosimile appareat, fuisse illum, viso prodigio, passurum, nedum curaturum aut etiam Remos aditurum, ut, quas ibidem sub Manasse amiserat, facultates dignitatesque recuperaret. Quare si pro vero, quod infra, ut dixi, examinabo, admitti debeat prae-memoratum prodigium, verosimilius quidem id ob jam dicta, S. Brunone, Parisiis non docente, sed tantum, sive ut amicos inviseret, sive aliam quaecumque ob causam ibidem praesente, acciderit.

sed casu dumtaxat ibidem existens adstiterit.

174 Nec est, cur id cuiquam mirum noviterve confictum videatur; etenim ex ipsomet quinque primorum Cartusiae Majoris Priorum Chronico, seu ex edendo, quod in hoc continetur, Sancti nostri (adi § 1) sub Vita nomine elogio, ante cuius auctorem doctoris rediit, quod Parisiis contigerit, prodigium nemo litteris consignasse putatur, colligendum videtur S. Brunonem ei, cum casu dumtaxat Parisiis versaretur, adstittisse. Audi, qui, prodigio illo narrato, num. 5 loquatur: Ea tempestate, inquit, erat ibi (Parisiis nempe eo, quo prodigium accidit, loco) magister Bruno, natione Theutonicus, de civitate Colonia non obscuris parentibus natus, ecclesiae Remensis canonicus et ibidem scholarum magister in Theologia, qui, supra scriptis vocibus (doctoris nempe, sese damnatum, e feretro vociferati) salubriter territus atque compunctus allocutus est quosdam socios ibi praesentes etc. Ita antiquior illa Sancti Vita, cujus auctor anonymus S. Brunonem utique, si eum, cum prodigium, quod narrat, Parisiis docuisse existimasset, scholarum non Remensium, uti verbis recitatis facit, sed Parisiensium magistrum vocaturus fuisse videtur, cum de re, quae et Parisiis gesta sit, et quae ibidem a Sancto docente fuisset inspecta, sermonem instituat. Quod autem non tantum

Puteanus, alique, qui saeculi xvi initio floruerunt, S. Brunonis biographi, verum etiam saeculi xiv et xv scriptores, infra laudandi inveniantur, qui Sanctum nostrum eo ipso tempore, quo praedictum prodigium Parisiis contigisse, memorant, ibidem docuisse, memoriae prodant, aut certe eo loco, quo id faciunt, scholarum Parisiensium magistrum appellent, fuisseve inuuant, factum reor ex eo, quod, cum prodigium istud Parisiis contigisse aut alicubi legissent, aut traditione secum communicata accepissent, Sanctum inde, utpote quem simul praesentem prodigio adstittisse, scholarumque magistrum egisse inveniunt ibidem tunc docuisse iudicant, etsi interim id apud scriptores Sancto vel synchronos vel etiam dumtaxat subaequales litteris consignatum non reperirent.



§ IX. An a Guiberto de Novigento vera S. Brunonis in solitudinem secessus causa assignetur, et an ad hunc praeter emissum monachici habitus induendi votum ratione alia graviori Bruno indiguerit.

Launoïus, qui edita de vera causa secessus S. Brunonis in eremum Dissertatione prodigiosam doctoris Parisiensis anastasin commentis accenset, veram conversionis seu secessus S. Brunonis in eremum causam a Guiberto de Novigento, auctore coevo, lib. 1 de Vita sua, cap. 11 tradi affirmat. Integrum Guiberti textum, quem Launoïus hunc in finem Dissertationis laudat, cap. 1, § 4 recenset, huc non transcribo, sed ea dumtaxat illius verba, quae ad conficiendum, quod Launoïus vult, facere utcumque queunt. Sunt autem haec: Fuit non longe ab his diebus Bruno quidam in urbe Remensi vir et liberalibus instructus artibus et magnorum studiorum rector, qui conversionis initia ex subjecta nactus occasione dignoscitur. Manasses quidam post Gervasii famosissimi archiepiscopi decessum praedictae urbis regimini simoniace se intrusit, vir quidem nobilis, sed nihil prorsus serenitatis, quae prima ingenuitatem decet, habens. Tantos enim fastus ex illa novitate conceperat, ut regis peregrinarum gentium majestates, imo majestatum ferocitates imitari videretur.... Is igitur cum milites summpere affectaret, clerum negligeret, dixisse aliquando refertur: « Bonus, ait, esset Remensis archiepiscopus, » si non Missas inde cantari oporteret. » Hujus ergo mores prorsus improbos, et stupidissimos habitus cum omnis honestus horreret, Bruno tunc in ecclesiis Galliae opinatissimus cum aliis quibusdam Remensium clericorum nobilibus infamis illius odio excessit ab urbe, Remensi nimirum.

176 Haecenus Guibertus; verum ane ita veram, qua S. Bruno in eremum pulsus fuerit, causam commemorat? Ita omnino, ut dixi, auctum laudatus Launoïus, ac praecipue quidem tum, quod ex ejus opinione Sanctus noster, cum ob improbos Manassis mores Remis excessit, statim sese in solitudinem abdidit, nec illius ex urbe Remensi discessum collatio memorata praecessit. Utrumque e solis fere supra jam dictis satis liquet. Ac primo quidem cum Sanctus, ut num. 111 dilucide probavi, anno 1076 aut sequenti Manassis vilandi causa Remos deseruerit, certeque, uti infra ostendam, ante annum 1081 in eremum, saeculo relicto, non abierit, mox hoc illum a suo ex urbe Remensi ob improbos Manassis mores excessu non fecisse, manifestissimum est. Et vero

Quos Guibertus narrat, improbi Manassis mores

secessus Sancti in eremum, uti rationes,